



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**In Vaticinia Isaiae, Prophetae Clarissimi, Paraphrasis,
Heroico carmine conscripta**

Carpenteius, Joannes

Antverpiæ, 1588

Cap. 56.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68688](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68688)

11 Sic erit verbum
meum quod egredie-
tur de ore meo: nō re-
uerteret ad me va-
cuum, sed faciet quæ-
cunque volui, & pro-
sperabitur in his ad
quæ misi illud.

"Talis erit sermo, nos̄tro qui missus ab ore
Cælitus effatum, nec iam mora, compluet orbem:
Rorifluens sermo, quo frigida corda calecent,
Quo mollita fauos sudabunt saxa recentes:
Non ille in vanum missus sine fruge redibit,
Sed iussos edet generoso semine fætus,
Prosper ubique, nec insanis obnoxius Austris,
Nec gelido Bore, nec acuto grandinis imbris.

12 Quia in latitia
egrediemini, & in pa-
ce deducemini: mon-
tes & colles cantabūt
coram vobis laudem,
& omnia ligna regio-
nis plaudent manu.
13 Pro saliuncta asce-
det abies, & pro vri-
ca crescer myrtus: &
erit Dominus nomi-
natus in signum eter-
num, quod non aufe-
retur.

"Ite meo, ite igitur freti sermone, catenisq;
Imperium crudelis heri fugitote refractis.
Latæ etenim vobis pacatâque cuncta futura
Policeor; duræ cautes, & inhospitatum
Siluarum iuga præbebunt iter; omnia plausu
Latitiâque frement: tellus alma omni-ferentes
Et grauidos expassa sinus, venientibus ultro
Dona feret, multaque vias umbrabit & agros
Abiete, quos humilis nuper saliuncta tegebant,
Et myrto cedet mordax vriica virenti.

Dux autem uester Dominus deducet euntes,
Sustolletq; altè signum, venerabile signum,
Eminus ostendens rubeo sua nomina texto
Mansuris inscripta notis, quas nulla vetustas,
Nulla dies unquam memori delebit ab aeo.

Cap. 56.

1 Haec dicit Domi-
nus, Custodite iudi-
cium, & facite iusti-
tiam: quia iuxta est
salus mea ut veniat, &
iustitia mea ut reuel-
etur.

"Propterea hæc dicit Dominus, vos mente tenete
Condita, nec surdis date diripienda procellis:
Si nostri vos tangit amor, si cura salutis,
Quæ per me cælo gratis demissa propinquat,
Si iam pertæsum vita, morumque priorum,
Per me, perq; meam toto satis orbe probatam
Testamatq; fidem, per non mutabile pactum
Quod populis ici sub vitroque iacentibus axe;
Discite iustitiam tandem, vitæq; per omnes

2 Beatus vir qui facit
hoc, & filius hominis
qui apprehendet istud:
custodiens sabbathū
ne polluat illud; cu-
stodiens manus suas
ne faciat omne malū.

Quam breuis est actus, quidquid fera fata minentur,
Rectum inconcuso mentis seruare vigore.

3 Et non dicat filius
aduenæ qui adhæret
Domino, dicens, Se-
paratione diuidet me
Dominus à populo
suo. Et non dicat Eu-
nuchus, Ecce ego li-
gnum aridum.

Felix ô felix, quem non fortuna, nec atrox
Imperium regum potuit diuellere iusto;
Felix qui tenet hoc, & ipsdem semper inhæret
Consiliis, animi constans, fixisque, tenaxq;:

Felix, qui Domini metuens sacra sabbatha seruat,
Exosusq; nefas rabido cane peius & angue,
Cor purum, purusq; manus scelere abstinet omni,
Iusque æquumq; colit rigide virtutis amator. (mas,
Quisquis ad hæc animum adiiciet, seu femina, seu
Seu.

Loquitur de
vebo pro-
missionis sue.

Magna fœli-
citas eorum
qui Christum
recipient.

Cap. 56.

Concio hæc
similis predi-
cationi Ioan-
nis Baptiste,
cum ait, pœ-
nitentiâ agite
&c.

Intelligit sab-
bathum spiri-
tuale, nō Mo-
saicum, id est,
quietem à vi-
tis.

Seu Græcus, priscō· ve fuat de sanguine Iude,
 Seu vir, sine virūm ferro truncata iuuentus,
 Quid refert? omnes nullo discrimine habebo.
 Ne dicas, peregrinus ego, nihil ista morantur
 Pacta peregrinos: nec tu quoque semi-vir addas,
 Ecquis ego, cui sanguis hebet, cui semen ademtum,
 Et genus, ut lati quidquam ex hoc fædere sperem?
 * Dico ego, nec dictum villa meum sententia vertet,
 Qui mea cunque dato seruabunt sabbatharitu,
 Et memores legum, & monitorum, & fæderis icti,
 Que mihi recta placent monstrato calle sequentur;
 * His ego stelliferi complere sedilia regni,
 Sydereamq; dabo meritis pro talibus aulam,
 Adsciscamq; mihi ciues, nomenq; beatum
 Inter honoratos proceres, nostroq; creatos
 De genere heroas, nullo delebile nomen
 Tempore concedam per sæcula cuncta fruendum.
 * Quinetiam sobolem illorum, serosq; nepotes,
 Si modo fæderibus maneant, patrumq; suorum
 Passibus insistant, & religionis amantes,
 Nec leges spernant, nec iussam sponte recusent
 Ire viam, ⁷ pietate mea super æthera vectos
 Monte meo sistam, & sanctæ penetralibus ædis:
 Iamq; mei factos hylaros sub numinis umbra,
 Non sine festarum lœto clangore tubarum,
 Ad mea sacra nouo rito peragenda vocabo.
 Ne mihi tum, edico, vitula lactente litetur,
 Nec iugulis ouium, nec cæsi sanguine tauri;
 Sed castis precibus, sed votis rite solutis,
 Et, mea queis dicent praeconia, dulcibus hymnis.
 Nulla mihi posthac acceptior imbuet aram
 Victima, nulla magis lœtos halabit odores.
 Nam domus hæc, soli domus instaurata Tonanti,
 Nec thuris fumo, nec falsa aspergine gaudet;
 Arcanis tantum precibus, locus iste, piorum
 Sollicitisq; patet votis, ⁸ quos Solis ab ortu
 Occasusq; velut dispersa examina, coget
 Isacidum Deus, & corpus componet in unum.
 * Ah miseri, tali quos non dignabere cætu,
 Summe Deum! vos o profugis occurrite tygres
 Montanæ, natique feris sub rupibus ursi,
 Et quæcumque feræ per agros saltusq; profundos
 Quæritis optatam catulis immanibus escam.

Non est di-
 stinctio Iudei
 & Greci. Ad
 Rom. cap. 10.

Vtitur verbis
 veteri ce-
 remoriari, ta-
 mè aliud sen-
 tit: intelligit
 enim sacri-
 ciù landis &
 spiritus contri-
 bulati & vita-
 los labiorum
 &c.

Ecclesia Chri-
 sti. Hoc tamè
 Christus retu-
 literiam ad
 templum Sa-
 lomonis
 Matth. 21.
 Sic Ioannes
 cap. 11. Iesus
 erat moritur
 pro gente &
 non pro gen-
 etatum, sed
 v̄ filios Dei
 qui dispersi
 erant cogre-
 garet.
 Feræ h̄ sunt,
 de quibus
 Psal. 93. Ne
 tradas bestiis
 animas cōfi-
 teantur tibi.

4 Quia h̄c dicit Do-
 minus Eunuchis,
 Qui custodierint sab-
 batha mea, & ele-
 fint quæ ego volui, &
 tenuerint fœdus meū:
 5 Dabo eis in domo
 mea, & in muris meis
 locum, & nomen me-
 lius à filiis & filiabus:
 nomen sempiternum
 dabo eis, quod non
 peribit.

6 Et filios adueni qui
 adh̄erent Domino, vt
 colant eum, & diligāt
 nomen eius, vt sint ei
 in seruos: omnem cu-
 stodientem sabbathū
 ne polluat illud, & te-
 nentem fœdus meū:
 7 Adducā eos in mō-
 tem sanctum meum,
 & lātificabo eos in
 domo orationis meæ
 holocausta eorum, &
 victimæ eorum pla-
 cebunt mihi super a!
 tari meo: quia domus
 mea, domus orationis
 vocabitur cunctis po-
 pulis.

8 Ait Dominus Deus
 qui congregat disper-
 sos Israël, Adhuc con-
 gregabo ad eum con-
 gregatos eius.

9 Omnes bestiæ agri
 venite ad deuorandum,
 vniuersæ bestiæ fal-
 tus.

*Huc rictus, huc fulmineas conuertite dentes,
Deuotumq; gregem cædi tristiq; rapinae
Vnguis hamatis, pandisq; inuadite rostris;
Falletur minimo custodia totalabore.*

10 Speculatoris eius
cæci omnes, nescient
vniuersi : canes muti
non valentes latrare,
videntes vana , dormientes & amantes
somnia.

11 Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt, ynusque ad auaritiam suam, a summo usque ad nouissimum.

12 Venite, sumamus
vinum, & impleamur
ebrietate: & erit sicut
hodie, sic & cras, &
multo amplius.

Cap. 57.

i Iustus perit; & non
est qui recognitet in
corde suo: & viri mi-
sericordie colligun-
tur , quia non est qui
intelligat: sic iesu enim
malitiæ collectus est
iustus.

2 Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua.

3 Vos autem accedite huc filij auguratis, semen adulteri, & fornicatiae.

4 Super quem luf-
sti? super quem dil-
atatisos, & eieciis
linguam? nunquid
non vos filii scelesti,
semen mendax?

Huc rictus, hic fulmineas conuertite dentes,
Deuotumq; gregem cædi tristiq; rapinae
Vnguis hamatis, pandisq; inuiditerostris;
Falletur minimo custodia totalabore.
¶ Nam vigiles, quorum munus, de turribus altis
Insidias cornu flammâ ve, aut voce sonora
Prodere præuisas, furémque arcere, lupumq;
Nil oculis, nil mente vident, fidißima nuper.
Armenti tutela canes, latrare repente
Dedidicere metu muti, ignauiq; & inertes.

¹¹ Scilicet oppressos somno, fusosq; per herbam,
Relliquis inter fædas, semesaq; cene.
Rustantes frusla hesternæ, mendacia nigram.
Per noctem vanis ludunt insomnia visis,
Sensusq; obtenebrant inducta nocte sepultos.
Mane epulas repetunt, nulloq; pudore modoq;
Turpia inexpleto conuinia ventre reposcunt.

Nec mirum, quando ipsi etiam statione relicta
Et grege, pastores abeunt, quo quemque libido
Abducit petulans, & opum male sera cupido,
Et luxus, atque ocij amor, quibus illud in ore
Personat: ¹² O cura procul hinc, procul este labores
O socij, properate, venite, bibamus, amemus:
Quid vino melius? quid curis tristius aegris?
Flore coma, vino pectus, frons rore madescat:
Assyrio, male dispereat qui crastina curat.

Interea, dum quisque datis bacchatur habenis,
Indulgentia animis, & nulla quid utile cura,
Quid fas, quid-ve nefas segnes vacuosq; remordet;
Vir bonus, & rigidae custos virtutis, inulta
Morte perit, pietas cadit indefensa, viriq;
Ad cædem insontes magnis rapiuntur aceruis.
Nec cùquam mens est (heu quæ sacordia, cines?)
Aut animus, prope damnatae succurrere causa:
Fælix causa tamen, nec enim periisse putandus
Qui cadit; ille etenim ærumno raptus ab ævo
Transit ad eternam non longa morte quietem;
Pax ubi deposita est iustis ab origine mundi,
Et nullo peritura die decreta voluptas
His quas non pignit vitam pro mortie pacisci,
Proiectoq; meas inscribere sanguine leges.
Sed cui illasisti male nati, & semine diro
Concepti: meretricis onus, mæcheq; salacis

Ad eos haec
pertinent, qui
prælaticum
sunt, officio
suo non fun-
guntur, sed
tacent, dedi-
vino & volu-
ptatibus.

Cap. 57^o

Turpe